

PRAEFATIO AUCTORIS

QUARTAE EDITIONI PRAEMISSA.



HUGONIS GROTII *de Jure Belli & Pacis* libros tres, insigni rerum egregiarum ubertate commendatissimos, annuis recitationibus absolvere solitus, tantum temporis argumentis gravissimis & diligentiori explicatu dignis subduci hucusque dolui, quantum aurei illius operis prolegomenis & primo capiti exponendis impendi oportuit. Cui incommodo ut meari possim: ea legum naturalium initia hoc libro tradere constitui, quorum pleniori notitia instructos ac praeparatos esse velim, qui me in jure publico excolendo ducem sequuntur.

Atque

PRAEFATIO AUCTORIS.

*Atque eadem causa, qua commotus has lib-
neas duxi, nunc impulsus nolui denuo edendas
prodire nisi retractatiores, crebrisque locis in-
culcatas & resectas, ut mihi quidem juvenes
fidei meae commissos viva voce plura docendi,
viris autem acutioribus, a quibus discere velim,
me erudiendi, locus amplior pateret. Cete-
rum hunc laborem, quod sit inornatus & ab
omni eruditionis splendore alienus, inglorium
censeri, facile patiar, dum iis profit, quorum
ingenia civilis scientiae institutione formare
& nobili sensu recti inbuere animos mihi con-
tingit. Vale.*

